

Deus promisit per Spiritum Sanctum suum. *Belge:* sanctè promisit, citantes *Psalm. LXXXVI, 36. & 2. Sam. VII, 11.* Si attendamus vocem proximè præcedentem, עָנִי *responde mihi vel exaudi me,* non male sequitur: *locutus est Dominus,* videlicet jamdudum per Samuelem, & porro per viros alios Θεοπνευστας, præsertim per summum pontificem modernum, suam mihi patefecit mentem &c. Nomen קָדְשׁ *sanctitas,* elliptice videtur poni, pro *in (templò) sanctitatis sue,* ut *Psal. V, 8. LXXI, 1.* vel *in (habitaculò) sanctitatis sue,* ut *Exod. xv, 13. Deut. xxvi, 15.* ita Chaldaus; בְּבֵיתוֹ מִקְדְּשֵׁהוּ *in domo sanctitatis sue;* vel *in (monte) sanctitatis sue,* ut *Psalm. xv, 1. XLIII, 3.* Eodem modo *Psalm. CL, 1.* dicitur: *laudate Deum בְּקִרְשׁוֹ* laudate eum buccinis, &c.

אֵלֶיךָ (igitur) exulto:) ellipsis hæc est conjunctionis conclusivæ לָכֵן *idcirco,* ut *Tbren. III, 42.* ubi Lutherus (*darum*) *hast du billig &c.* De עָלָה *Psalm. V, 12. & עָלָה Psalm. XXVIII, 7.*

חֲלֵק אֶחְלִיקָה *distribuam:*) Verbum hoc חֲלֵק *impartiri, dividere,* in Piel de divisione accipitur unius in partes plures, vel de distributione rerum divisarum, v. g. terræ vel agrorum secundum sortem vel lineam, *Jes. XXXIV, 17. Joel. IV, 2.* (terræ meam חֲלֵקוֹ *Ezech. XLVII, 21. Jes. XIII, 7. XIX, 51.* spoliis, *Prov. XVI, 19. Jes. IX, 2. LIII, 12. Exod. XV, 9. Genes. XLIX, 27.* placentæ, panis & vini, *2. Sam. VI, 19. 1. Par. XVI, 3.* Levitarum per classes, *cap. XXIII, 6. XXIV, 3. &c.* Atque sic etiam h. l. intelligitur distributio vel spoliis, vel ædium, vel totius illius territorii relatio ad regni Davidis partes. Sic namque חֲלֵק *pro Consequi vel Nancisci,* etiam usurpari censet *Boetius anim. l. 4. cap. 12. §. 16.* Atque sic etiam *Aben Esra: לחלקו לחיה בחלקו Junius, & Piscator:* in partem obtinebo Schechemum. *Sobnius:* metiri, pro potestati suæ subicere; quæ enim metimur, nostra sunt. Sic & *Belge:* innuit, se plenarium ejus dominum ac possessorem futurum; & *Vinarienses:* als Landes-Herr will ichs nach Belieben den Einwohnern ab- und austheilen. *Vulgatus:* partitor: quem excusat La Cerda, *advers. c. 144. n. f. 344.*

שִׁכְמֵי *Sichem:*) fuit hæc urbs Levitarum ac refugii sita in monte Ephraim, amœnitate & delitiis abundans, metropolis Samariæ, quam olim incoluerat Abraham, vastaverant autem ob Dinæ stuprum Simeon & Levi &c. vide *Adrich. theat. fol. 30.* Urbis hujus & sequentis meminit, quia eadem tunc parebant adhuc Isbosetho. ita *Piscator & Sobnius tom. 3. oper. pag. 149.* Vel quia utraq; post cladem Saulis deserta fuerat ab Israelitis, & postmodum ab hostibus Philisthæis occupata: *1. Sam. XXXI, 7.* Chaldaus: *dividam prædam cum filiis Joseph, habitantibus in Sichem.*

סוּכּוֹת *vallem Succoth dinetiar:*) nullibi amplius vallis hujus fit mentio. *Succoth* autem (præter eam, quæ in tribu Juda collocatur, ab *Adrich. f. 54. & 55.* fuit civitas in tribu Gad, non procul à Jordane ac mari Genesareth sita, ubi olim Jacob tentoria fixerat, reconciliatus cum fratre Esavò, *Gen. XXXIII, 17.* & ubi postmodum erecta est civitas hujus nominis (juxta *Adrich. f. 34.*) munitissima & optima, cujus LXXVII. feniores Gideon spinis contrivit, civesque occidit, ob denegatum comœatum, *Jud. VIII, 4. 13.* Sine dubio verò David meminit locorum cis & trans

A Jordanem sitorum, ut dominium super Israelem totum sic describeret. imò binæ sunt hæ ipsæ stationes Jacobi, ubi substitit ex Mesopotamia reversus, *Gen. XXXIII, 17. & 18.*

מִמְדָּר *metiar:*) diductis scilicet funiculis, quomodo ad dimensionem terræ hoc ipsum verbum adhibetur *Hab. III, 6.* stetit וַיִּמְדַּר *terram:* sic in Kal de dimensione templi *Ezech. XL, 5. seq.* agrorum circa urbem, *Numer. XXXV, 5.* (*Deut. XXI, 2.*) Confer *2. Sam. VIII, 2.* ubi de Moabitibus, à Davide devictis ac demensis. Innuere videtur, Israelem postliminio quasi antiquis suis restitutum fuisse sedibus, se per Dei gratiam, novo velut Josuâ factò, qui terram funiculis dimensus fuerat.

EXPLICATIO VERSUS IX.

לִי מְעָה עֲשׂוּ *mea est:*) (ל) dominium notat, *pag. 150.* Vel, *mecum faciunt,* mihi se adjunxerunt, cum antea Saulis adhererent successori. Non thra-sonicè hæc protulit David, tanquam subditorum jactitans copiam, sed Deo potius laudem, refert pro concorde Israëliitarum sub unò capite restauratione ac consensu. Ita Chaldaus: עֲשׂוּ *mecum fuerunt domus Gilead.*

גִּלְעָד *h. e. Rubenitæ & Gaditæ,* isthic habitantes, *Num. xxxii, 29.* Mentione tribuum quarundam factâ per synecdochen includuntur etiam reliquæ, iisdem vicinæ.

רֹבֵעַ *robur capitis mei:*) h. e. Ephraimi præ cæteris populosi viribus ac fortitudine bellicâ non parum confido, imò instar galeæ, caput à telis ictibusque defendentis, hæcce tribus munimentum mihi præstat. Aliqui, ut *Piscator,* ad consuetam cornuum metaphoram censent respici, q. d. Ephraimo quasi cornu capitis mei concutiam hostes. confer *Gen. XLVIII, 19. Deut. xxxiii, 17.* Quicquid sit, firmamentum regni præcipuum phrasi hac describitur. Imò sub tribu hac populosissimâ etiam reliquas cis Jordanem habitantes tribus coindicari, improbable non est. Confer *Psalm. xxvii, 1.* ubi David Deum vocat **רֹבֵעַ** *robur vite sue.*

מִמְדָּר *legislator meus:*) h. e. ex tribu hac Sapientes mihi suppetunt viri ad salubriter regendum populum, qui מִמְדָּר *decernunt* justitiam, (vide *Prov. VIII, 15.*) vel per prudentes ex hac tribu viros exerceo jura majestatis vel imperii; præcipui enim in synedriò magno assessores fuerunt de tribu Judâ, vel annotavit h. l. *Coccejus.* Sic Jacob quoque *Genes. XLIX, 10.* tribui huic assignat מִמְדָּר *legislatorem.* Confer *Jes. xxxiii, 22.* ubi Deus dicitur מִמְדָּר. *Jud. V, 14.* ubi ex Machir מִמְדָּר descendere dicuntur. item *Num. xxi, 18. & Deut. XXXIII, 21. LXX. βασιλεύς. Lutherus: mein Fürst:*) Hac de causâ Gemara Bab. *ad tit. Joma cap. 2.* dictum, Rabbæ refert; neutiquam reperiri sapientum, nisi ex tribu Levi, aut ex tribu Isaschar; quia de Levi scriptum, (*Deut. XXXIII, 10.*) docebunt, judicia tua Jacobum: & de Isaschar (*1. Par. xii, 33.*) habebant cognitionem & intelligentiam temporum &c. quin & rectè adjicienda tribus Judæ, eò quod scriptum (*b. l. scilicet*) Juda legislator meus.

EX-